

6413^a Rustium Verum¹ d. i. d. Vere | fac qui te fe[cit].

Pompeii (IV 3760 vidit Mau; Sogliano Notizie 1888 p. 522). — 1) A. Rustius Verus, cf. IV 2984.

6413^b Rustium Verum a.¹ v. a. s. p. p. | Augusto feliciter! aediles sic decet.

Pompeii (IV 427 descr. Avellinius). — 1) Fortasse scr. aed. (Zangemeister).

6414 M. Casellium et L. Albucium aed.¹ o. v. f. | Stata et Petronia rog. | Tales cives in colonia in perpetuo.

Pompeii in muro domus sitae in media fere urbe (IV 3294. 3678 = Fiorelli descr. p. 397). — 1) Idem candidatorum par saepe coniunctum reperitur in inscriptionibus Pompeianis.

6415 M. C. M.¹ aed., M. S. M.² aed.³ | Pyramus Olympionica, | Calvos rog. (*corona et ramus palmae*).

Pompeii in eodem muro in quo N. 6444 (IV 3294. 3674 = Fiorelli descr. p. 397). — 1) M. Casellium Marcellum. — 2) M. Samellium Modestum. Cf. IV 125 cet.; Notizie degli scavi 1902 p. 240. — 3) aed. litterae contignatae cum M. quae praecedit.

6416^a L. Albucium aed. | Thesmus libert. rog.

6416^b L. Albucium Celsum aed., | T. Genialis, Infantio rog.

Pompeii prior in pariete vici cui ab hac inscriptione Thesmi nomen indiderunt, altera in eodem pariete in quo N. 6444. 6445 (IV 2983. 3680 = Fiorelli descr. p. 377. 397).

6417^a M. Casellium Marcellum | aed., agricolae rog. | (*nonnulla non recte lecta*).

6417^b Marcel[l]um aed., lignari | plostrari rog. lassi | cum [F]abio et Crimio et | C. Nisio I[n]fantione | ubiq.¹

6417^c Marcellum, | Fortunata cupit.

Pompeii, priores duae via q. d. Nolana, prope portam urbis, tertia in via quae a foro ducit ad portam Herculansensem (IV 490. 485. 414 non plus semel singulae descriptae). — 1) Hic quoque non omnia recte lecta esse apparet.

6418^a M. Cerrinium | aed., Salinienses¹ | rog.

6418^b M. Cerrinium | aed. Capito rog. | Scr. Fructus pycta.

6418^c M. Cerrinium Vatiam | aed., dignum rei p., Tyrannus cupiens | fecit cum sodales.

Pompeii (IV 128. 387 p. 194. 221 secundam vidit Zangemeister). — 1) De Saliniensibus cf. infra N. 6444^b.

6418^d M. Cerrinium | Vatiam aed. o. v. f., seribibi | universi rogant. | Scr. Florus cum Fructo . .

6418^e Vatiam aed. rogant | Macerio dormientes | universi cum | . . .

6418^f Vatiam aed. | furunculi rog.

Pompeii pictum via q. d. degli Augustali (IV 581. 575. 576 vidit Zangemeister). — Iocose haec dicta esse putant.